

Enimvero. Episcopus est qui concessit; affirmatque, fectis vi generalis cupidam facultatis, quam Sedes Apostolica impertiri conuevit Episcopis, qui extra Europam, vel in remotis Europae partibus constituti sunt.

At quid dicendum est, si facultas de qua agitur, dispensandi in secundo gradu, non comprehendere matrimonium inter haereticos contrahenda? Et quidem res ita se habet; etenim facultates, quae dantur Europae Episcopis, qui in dominio Catholicorum Principum possident, in hac verba conceptae sunt: *Dispensandi in tertio, et quarto simpliciter, et in primo tantum cum pauperibus, in contrahendis; in contrahendis vero, cum haereticis, et in secundo simpliciter, et in primo, dummodo nullo modo attingat primum gradum, et in his casibus prolem susceptam declarandam legitimam.*

Præterea ducimus in dispensatione, de qua agimus, & quae ab Episcopo concessa, & a Nobis lecta est, nullibi ab ipso expressum fuisse, quod dispensationem impertiretur ex vi Apostolicae facultatis; hac enim declaratione omitta, actus nullus ac irritus efficitur; ut in eorumdem facultatum formula aperte statuitur: *Et in dispensationibus huiusmodi declaratur expresse, illos concedi tanquam a Sede Apostolica delegato: ad quem effectum etiam tenor huiusmodi facultatum inferatur, cum expressione temporis ad quod fuerit concessa; alias nullae sunt.* Sed id solum scilicetimus, utinam continetur facultas dispensandi in secundo gradu? Certe nobis respondebitur, in verbis illis paulo ante laudatis: *etiam in secundo simpliciter, et in primo, dummodo nullo modo attingat primum gradum.* Nos statim reponemus, ante ea verba, haec alia occurrere: *In contrahendis vero, cum haereticis, et in secundo gradu, non autem contrahenda; ad haereticos convertos, non autem ad eos, qui se conuertendi ipem faciunt: Sane uniuersisque facili negotio, itaque, uti dicitur, oculi dispolere poterit facultatis abutium in concessione dispensationis, quae et diximus, in causa fuit, cur fuisse rumor, & popularis obreptio aduersus Apostolicæ sedis Ministros iudicaretur.*

De quibusdam in locis istarum Regionum Catholicis cum haereticis multi, palam inter se matrimonia contrahant; & nemo est, qui contrahentes corripit, & punit, aut illis aduertitur. Hoc autem posito, qui heri potest, ut hinc colligatur dispensationis concessio super aliquo impedimento in huiusmodi matrimoniis inter Catholicum, & Haereticum, & multo magis inter duos Haereticos, ut in specie, de qua agitur, contingit? Tolerat quidem in aliquibus locis Apostolica Sedes matrimonia inter Catholicum, & haereticum, vel haereticum, & Catholicum, cum nequeat impedire, & Ecclesiastica quadam prudentia, ne maiora mala coalcantur, distimulat, & tacet. Ne quod Apostolicæ Sedis auctoritate grauiora in hisce matrimoniis dispensatio super gradu, aut alio impedimento concedatur, heri nunquam potest; nisi procedat haereticis abjuratio, iuxta eisdem Sedis Apostolicæ disciplinam a Nobis in præcedenti Epistola expositam, & iuxta recentia concessæ facultatis verba.

Sed respondeatur: ab anterioribus Episcopis, qui eadem facultates istem verbis conscriptas habebant, quibus conceptæ sunt illae de quibus quaestio est, id peractum fuisse. Nos ignoramus, quid egerint Episcopi Praedecessores, id solum nobis compertum est, quod si dispensatio in Matrimonio non contracta, sed contrahenda; in matrimonio inter duos adhuc in haeresi permanentes, perpetram ac male egerunt, grave admiserunt peccatum, multorumque malorum res se fecerunt quia facultates eis concessas attento animo non considerant, ex quibus, veluti ex fonte, omnis delegata auctoritas dimanant.

At Nobis reponitur: quidquid factum est, ideo factum est, quia conjuges suam conversionem polliciti sunt. Id autem, an verum sit, paulo post videbimus. Interea ponatur, reuera conjuges id promississe: quaeritur cum facultas a Sede Apostolica concessa praescribat, ut dispensetur in secundo gradu cum haereticis jam conuersis, quomodo Episcopus arbitratus sit, ea se uti posse in dispensando non cum haereticis jam conuersis, sed cum iis, qui solummodo conversionem promiserant? cumque Sedes Apostolica huiusmodi dispensationes, nisi conversione iam facta, ut late in nostra prima Epistola Encyclicæ demonstratum est, concedere non solet; quaeritur iterum, quomodo ejus Delegatus in tantum aulam deuenit, ut cum iis, qui nondum promissionem se conuertendi fecerant, dispensare non dubitauerit?

Additur denum: si fidei dare Coniuges haereticis de fuerint, acriter punientur, eisque simul habitare interdicitur. Nos minime lateat, discrimen, quod inter infidelem, & haereticum intercedit: primum quidem ad amplectendam fidem Catholicam, ad quam se per Bapti-

um minime obligavit, cogi non posse: e diverso haereticum, qui jam Baptisum suscepit. At vero nobis ignotum est, an usu, & consuetudine receptum sit, ut haereticus ad Catholicam veritatem professandam constringi possint in iis regionibus, in quibus a Principibus permittitur, ut communiti cum Catholicis vivant, eademque juris æquabilitate & civili consuetudine fruuntur. Sed quidquid de hoc sit, illud necessarium esse ostendere, quibus argumentis, ac probationibus haereticorum conjugum promissio demonstratur. In dispensatione enim hec verba leguntur: *ab ipem, quod ad fidem Orthodoxam conuertetur:* Spes autem a promissione omnino diuersa, & distincta est. Si quando autem de separatione, ob frustratam ipem a conjugibus datam, agi vellet; cum res sit de matrimonio contracto, non inter unum haereticum, & alterum Catholicum, abique alio impedimento, quam illo Religionis; sed de matrimonio inito inter duos haereticos in secundo affirmatis gradu conjunctos; locus non esset separationi tantum: *quoad thorum*, sed etiam aliteri *quoad vinculum*, quae injungenda esset a dispensante, publica protestatione emissa, se nullo jure, atque auctoritate dispensasse, & ac proinde dispensationem irritam, ac nullam fuisse.

In priori Epistola nostra Encyclicæ scripta die 29. Junii admonuimus, ut iis, quibus executio dispensationis matrimonialis, quae in urbe conceditur, committitur, eas attentè legat & bene ac diligenter pendant. Nunc autem eadem repetimus, & in super addimus, ut legatur, & considerent etiam facultates, quae a Sede Apostolica conceduntur, priusquam aliquis illi utatur; cum minime deceat, ut aliorum culpa vel sedi Apostolicæ, vel ejus ministris vitio vertatur, & quod ab aliis peccatum est, criminari eis detur. Interea autem Tibi, Venerabilis Frater, & Christiano gregi tuae curae commisso, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem die VIII. Aug. 1748. Pontificatus Nostri Anno Octavo.

CONSTITUTIO

Quæ incipit: *Esti Pastoralis.*

§. VIII.

De Sacramento Matrimonii.

C Usant Ordinarii locorum, ut Decretum sacri Generalis Concilii Tridentini de reformatione matrimonii recitari in lingua graecam vulgarem, & in locis, & Patochis Graecorum, & Albanensium, quoties expedire viderint, euulgentur, & publicentur.

Matrimonium inter conjuges graecos dirimi, seu divorcia, quoad vinculum, heri nullo modo permittant, aut patiantur: Et si qua de facto præcesserint, nulla, & irrita declarant.

Quia vero, secundum Apostolum, mulier mortuo viro ab ipso est lege soluta, & nubendi cui vult in Domino liberam habet facultatem, secundas, & tertias, & ultiores etiam nuptias Graeci non condemnant, sed illas tanquam legitimas, & validas approbent inter personas, quae alias licite de jure ad invicem matrimonio jungi possunt.

Secundo tamen nubentes Presbyteri nullatenus benedicant: nec ipsos bigamos ad sacros Ordines, sine speciali dispensatione Apostolica, promoveri liceat.

Et quoniam apud Graecos consueverunt contrahi matrimonia inter personas contingentes se, juxta eorum computationem, octavo gradu, qui secundum computationem, & distinctionem graduum, quam Latini faciunt, apud hos quartus habetur: ne id praesumat deinceps, firmiter prohibemus; ac districte præcipimus, ut cum in ulterioribus gradibus licite matrimonia contrahantur, in prædicto quarto coniuguitatis, vel affinitatis gradu copulari ulterius non praesumant; statum quoad hoc generalis Concilii observantes.

Item in cognationis spiritualis, quae in Baptismo, & Confirmatione contrahitur, gradibus seruetur id quod in Tridentina Synodo definitum est. In Baptismo, & Confirmatione contrahitur, quibus seruetur, & postea videlicet inter susceptentem, & baptizatum, & illius patrem, & matrem, nec non inter baptizantem, & baptizatum, baptizante patrem, & matrem tantum, cognationem contrahi etiamque rursus, quae ex Confirmatione oritur, confirmantem, & confirmatum, illiusque patrem, & matrem, ac tenentem non egeat: omnibus inter alias personas spiritualis hujus cognationis impedimentis matrimonii sublatis.

VII. Maritus Latinus uxoris Graecæ ritum non sequeatur.

VIII. Latina uxor non sequatur ritum mariti Graeci.

IX. Graecus maritus potest, si velit, ritum uxoris Latinae sequi. Item graeca uxor, si velit, sequi ritum mariti latini: post cujus obitum, ad ritum graecum redire nequeat.

X. Quod si nolint, unicuique conjugum in suo ritu, Catholico tamen, manere permittatur.

XI. Matrimonium inter maritum latinum, & graecam mulierem, latine coram Parocho latino contrahatur: inter maritum vero graecum, & mulierem latinam, potest contrahi vel graece coram Parocho graeco, duobus, vel tribus testibus praesentibus, vel latine coram latino ubicumque maritus graecus voluerit.

XII. Eius autem loci, ac ritus Parochus debet asserere, ubi, & quo ritu matrimonium contrahitur. Num. XXI. Maxime autem neque permittendum, neque ullo modo tolerandum, ut latini ex latinis progeniti, ac latini ritu educati, qui continentiam professi nolunt, iuxta ritum graecum, sub spe retinendi uxores, ad sacros Ordines a quocumque Antistite quavis auctoritate fulgente promoveantur, tam in locis, cum sub in quibus non sunt populi graeci ritum viventes, sed laici, quam in locis in quibus sunt populi, qui a graecis antiquitus fuerint oriundi, seu a graecis originem duxerint, vel alias retroactis temporibus ritum graecum seruaerint, seu apud illos, vel in eorum aliquibus Ecclesiis ritus huiusmodi ab antiquo haecenus fuerint obseruati.

XIII. Etsi expectandum quam maxime esset, ut graeci qui sunt in sacris Ordinibus constituti, castitatem non secus ac latini seruaerent: nihilominus, ut eorum Clerici, Subdiaconi, Diaconi, & Presbyteri uxores in eorum ministerio retineant, dummodo ante sacros Ordines, virgines, non viduas, neque corruptas, duxerint, Romana non prohibet Ecclesia. Eos autem, qui iudicem, vel corruptam duxerint, vel ad secunda vota prima uxore mortua conuolauerint, ad Subdiaconatum, Diaconatum & Presbyteratum promoveri omnino prohibemus.

XIV. Praeterea si quis Subdiaconus, Diaconus, vel Presbyter post sacram Ordinationem uxore mortua, aliam duxerit, vel si uxorem non habebat, ducere praesumpserit, nequam excommunicationis latae sententiae poena, aliusque nostro & successorum nostrorum Romanorum Pontificum arbitrio inflegendis, feruissime punietur; verum etiam statim ab ordine erit deponendus, & ab illegitima uxore separandus. Matrimonium enim post recentiores Ordines contractum, nullam irritum declaramus.

XV. Presbyter graecus conjugatus, antequam ad sacrum Sacrificium, seu sanctam Missam celebrandam accedat, vel per hebdomadam, vel per triduum ab uxore curet abstinere.

CONSTITUTIO

Quæ incipit *inter omnigenas.*

§. I X.

I llud enim graue ac permolesum auribus nostris accidit, in Concilio Tridentino decretum de Sacramento matrimonio ab aliquibus non obseruari in istis regionibus, in quibus debitam eorum publicationem jamdiu secutam fuisse, ipsius Albani Concilii testimonio comprobatur. Itaque omnium istarum partium fideles supra dictis decretis teneri declarant, irrita omnino, & nulla esse deinceps praeterea matrimonia, quae coram solo Turcarum iudice, Caddi dicto, vel etiam abique isto, personis ipsos, & non ad prædicti Tridentini Concilii præscriptum contrahuntur. Quique huiusmodi nullas, & clandestinas nuptias contraxerint, & post contractus conuicti, tanquam in illicito concubitu versantes (nisi de praeterito poenitentiam agant, & iusto matrimonio in facie Ecclesiæ iungantur) a Sacramentorum participatione arceri præcipimus.

§. X.

Matrimonio autem a fidelibus rite contracto, eidem minime permittitur, ne quidem ob causam uxorum a pro- Procuratorum turcico ritu renouasse; nisi tamen Mahumetanus nuptiarum ritus sit mere civilis & nullam Mahumetis invocationem, aut aliud quocumque superstitio-

nis genus includat. Etsi enim non per se ipsos, sed per Procuratores ibi pergant; nunquam tamen illius delicti notam haberi debent, quod ipsorum auctoritate, vel mandato committitur;

§. XI.

Quoad proclamationes vero a Tridentino Concilio statutas, licet in Serbia minime usu firmatae assentantur: quam tamen in prælaudato Concilio Albano Parochis etiam Seruiz praescribantur, adempta dispensandi facultate extra urgentis necessitatis occasionem; Nos idem omnino, quod fieri potest, obseruari præcipimus.

§. XII.

Quod si alicujus fidelis uxor ad Turcas confugiat, & Matrimonium aliquo ex istis nefariis nuptiis contrahere audeat, non licet viro aliam uxorem in illius locum ducere; per uxorem matrimonium jure divino, conjugum superstitibus, & nuptiis indissolubile, per huiusmodi mulieris facinus minime dissolvatur. Unde, qui in tali casu aliter agerint, mechatur; & nisi ab ea omnino separetur, a Sacramentis arcendus est.

§. XIII.

Et quidem de huiusmodi mulierum salute, nisi poenitentiam agant, quid iudicandum sit, omnibus patet. De mulieribus autem christianis a Turcis per vim raptae, iisdem violentè, vel in pueritia nuptis, quae nullo Sacramentali fidei jure conjunctae, in illicito concubitu cum infidelibus perleuerant, idem omnino statuimus, quod in prædicto Concilio Albano decretum fuit; ut scilicet illis Ecclesiæ Sacramenta denegentur, nulla ratione habita, vel praetense illarum in Christiana Fide perseverantiae, vel violentiae in puerili ætate a Turcis illatae, vel etiam quod unica, aut potioris, & iustæ uxoris loco a Turcis habeatur; quum ista nullum jus tribuant in concubinato, & fornicatione degentibus, ad percipienda Sacramenta; nullamque Sacerdotibus, ad eadem indignis ministranda, præbeant facultatem.

§. XIV.

Circa dispensationes matrimoniales, caveant Episcopi, & Missionarii Seruiz, ne facultatis sibi ab hac Sancta Sede communicatae inconstituta, vel erga immerentes utantur; neve terminos sua potestatis transgrediantur. Nullas igitur dispensationes concedendas esse statuimus illis Christianis occultis, de quibus dictum est, quod Mahumeticos simulant ritus: Etenim isti, quam Christum erubescant, gratiarum Ecclesiæ quæ Christi sponsa est, indignos se faciunt. Praeterea nullas dispensationes concedant in iis casibus, quibus matrimonia iuxta ritum Ecclesiæ Catholicae, ut supra dictum est, & valide, & Sancte celebranda non esse prouiderint; tunc enim non dispensationes, sed dispensationes, & incontinentiae fometa essent, a quibus fidelis prudens minister Christi omnimode abstinere tenetur.

§. XV.

Specialiter autem advertant, eam facultatem, inter ceteras ipsis communicatas, non reperiri; dispensandi scilicet super impedimento iustæ publicæ honestatis, proveniente ex matrimonio rato, quod alias inter alterutram partem, & alterius conlangueum in primo gradu, intercesserit; sed ante consummationem, vel mortem, vel aliter legitime solum fuerit. Hoc enim impedimentum sortis est eo, quod ex sponsalibus oritur; idcirco ab huiusmodi dispensatione concedenda abstinere debeant.

§. XVI.

In celebratione nuptiarum obseruentur tempora ab Ecclesia Catholica praescripta. Quod si infra veritos dies Mahumetani suas nuptias celebrantes, aliquem ex fidelibus officii causa invitaverint, quoniam Ecclesiæ praescripta ad eos, qui fors sunt, minime pertinent; non prohibentur Catholici Seruiz, christianam modestiam nunc fecerunt, illis interesse, dummodo fieri possit abique Creatoris injuria, & offensione fidelium, & Ecclesiæ Dei; & nulla in Turcarum nuptiis Mahumetis invocatio, nullique superstitiosi ritus intercedant, quibus invitati, ore, vel opere jungi debeant, & consentire. Quae tamen infidelium consortia, & profana convivia, si quantum poterunt, devitate curaverint, multa sanè animarum pericula praecavebunt.

s. XVII.

Cognatio
spiritua-
lis non
excedit
ur ultra
gradus
Concilii
Trid. de
Hæres.

Quod pertinet ad cognationem spiritualem, (sapientissima Tridentini Concilii decreta, quacumque in contrarium consuetudine minime obstante, in Servia omnino observari mandamus. Itaque nec eam, quæ oritur ex Sacramentis Baptismi, & Confirmationis, ultra personas, & gradus ab eodem Concilio pre-nita, extendi permittimus; nullam vero spiritualem cognationem aliunde oriri, & in specie ex assistentia matrimonio prestita, etiam ad contrahentium ir-ritationem, sicuti nec inter eos, a quibus capilli pueris primo todentur, expresse declaramus, Urget

enim ratio predicti conciliaris decreti; ne scilicet propter multitudinem prohibitionum, contingat impius, in casibus prohibitis ignoranter contrahi matrimonia, in quibus vel cum peccato perseveretur, vel quæ cum scandalo dirimi debeant. Quod cum sapienter statutum fuerit circa ea spiritualis cognationis genera, quæ jam in Ecclesia recepta erant, multo majori ratione obtinere debet in aliis hujusmodi speciebus, quæ in Ecclesia Catholica ignotæ, infectum a schismaticis principium habent, quorum est alligare hominibus onera gravia, & importabilia, digito autem suo ea non movere. Itaque, & istorum scandalum, si quod acceperint ex hujus Decreti inter fideles observantia, securè contem- nendum est,

F I N I S.

CONSTITUTIONES

I N.

I N D E X C O N S T I T U T I O N U M,

Quæ circa Sanctum Matrimonii Sacramentum a SS. D. N. Papa Benedicto XIV. emanatæ fuerunt.

- A**dmonitio ad Episcopos in Polonia Regno constitutos, ut cautius procedant in admitendis conjugiorum dissolutionibus. pag. 425
- D**eclaratio cum Instructione super dubiis respicientibus matrimonia in Hollandia, & Beglio contracta, & contrahenda. *ibid.*
- M**atrimonia occulta, quibus & quomodo sint permitienda; quibusque cautelis celebranda, & in actis describenda: Quomodo consulendum educationi, & indemnitati prolis. pag. 426
- M**atrimoniorum firmitati consulendo, damnantur, & annullantur pacta inter conjuges inita de non appellando a sententia lata pro matrimonii nullitate. Confirmatur Constitutio edita super hujusmodi judiciorum forma; Ecclesiastica discipline observantia in matrimonii celebratione commendatur. pag. 427
- C**ausarum matrimonialium, quibus & quo ordine, ac forma peragenda sint, constituitur. pag. 430
- D**ispensationum matrimonialium causas veraciter exponendas, & ab Executoribus omnino verificandas esse statuitur. pag. 432
- C**um Neophytis. In Loco Pio Cathedralium Venetiis ad Fidem conversis dispensatur super interpellatione prioris conjugis in infidelitate relictæ, ad effectum contrahendi matrimonium cum fidei. pag. 433
- S**uper abusu Libelli Repudiæ conversorum a Judaismo ad Fidem Catholicam. pag. 434
- D**e concessione, ex executione dispensationum matrimonialium: altera Epistola ad Primatem, Archiepiscopos, & Episcopos Regni Poloniae. pag. 435
- C**onstitutio, quæ incipit: Etli Pastoralis. pag. 436
- C**onstitutio, quæ incipit inter om-nigenas. pag. 437

F I N I S.

